



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quæ prohibeantur Religioso, etiam legitimè in aliam Religionem translato.
punct. 27.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

stant, sibiique nocent. Ergo pro his tantum, & non pro professis probis, & viuibus facultas concessa est. Quod si dicas, inde inferi nullatu speciale priuilegium Societati concedi. Nam posse professis, expulsione dignis dari facultatem ad quamlibet etiam laxiorem religionem transfeundi quilibet habet religio, immo ipsemet religiosus dimisus eam potestare habet; cum ergo Pontifex in hac bulla priuilegium concedat Societati, cuius communicationem alii religiobus interdixit, afferendum est, aliquid speciale concedi, atque adeo extendi non solum ad professos expulsione dignos, sed etiam ad quocunque alios. Responde Suar. dicto c. 12. n. 42. id speciale in Societate concedi, ut ex leuitibus causis, modo putari, & incremento Societatis obserbit, dimitti professis possit, optime data transfeundi ad aliam religionem determinata etiam laxiorem. Deinde responderet illud priuilegium Societati concessum ab dictionem libertam rottendam, non quia necessarium foret.

8. Nihilominus verius existim ex supradicta bulla Praepositum Generalem habere priuilegium concedendi transiun etiam ad laxiorem religionem omnibus = Societate professis, quamvis nulla deficietur negare expulsione digni sunt sic docet Sanch. lib. 6. sum. c. 7. n. 58. inspe. & n. 7. Suar. libi contrarius r. 4. de relig. tr. 10. lib. 11. c. 2. per rotum. Moneor quia Greg. XIII. volens consilire Societatis paritatis, atque incremento, emissorumque salutem, priuilegium Praepositi Generali concessi, ut quos iudicauerit ab ipsa Societate emittere, tum ob Societatis paritatem, tum ob eius incrementum, tum ob emissorum salutem, transiun ad quocunque religionem concedat. Sed ad Societatis paritatem, & ad illius incrementum, & praecipue ad emissorum salutem non solum pertinet concedere transiun is, qui ob sua sceleris, & peccata digni sunt expulsione, sed etiam iis, qui minora delicta committunt. Item qui minus apti, & habiles ministeris Societatis inueniuntur, ac denique qui sperant maiorem consolacionem, & spiritualiter profectum in alia religione habitui. Ergo de his omnibus iudicare poterit Praepositus Generalis expeditus esse illos volentes emittere = Societate non ut in seculo vitam dagent, sed ut in alia religione, quam ipse Praepositus Generalis prescripsit, perseuerent: Igitur ut hoc iudicium executioni mandari posset, Greg. XIII. dictum priuilegium concessit. Deinde, ut superius agimus, Greg. speciale priuilegium Societati concessit, quod noluit aliis religionibus comunicari. At si solus extenderetur ad religiosos expulso nullum speciale esset, cum qualibet religio ius habeat permitendi suis expulsi in quailibet religionem transire, immo ipsi etiam renuentes religione hanc facultatem habent. Neque valer dicere id est speciale Societatis, ut ex leuitibus causis expellere professos possit, quia id efficit priuilegium ad expellendum, non ad concedendum transiun in aliam religionem. Greg. autem non agit ibi de causis expulsiois, sed supponens ea causis exigentibus possit professos dimitti, concedit Praepositi Generali facultatem permitendi transiun in aliam quamlibet religionem quibusvis professis, quos iudicauerit a se in aliam religionem emittere. Emittere inquam non tantum renuentes in penam delicti commissi, sed volentes, & dimissionem petentes ob aliquem honestum finem; & hoc est priuilegium speciale Societati concessum, quo ceterae religiones non gaudent.

9. Sed inquires, an Societas possit modum Generali praeposito prescribere viendi hoc priuilegio v. g. ne illo vitetur absque consilio, vel consensu tuorum assistentium, vel absque hac, vel illa causa intercedente? Quia in credo distinguendum esse de licito vsu, vel valido. Et quod validum vsuum omnino certum existimo, non posse a Societate modum alium Praeposito prescribi hoc priuilegio viendi prater designatum a Pontifice: quia illud priuilegium non a Societate habet Praepositus, sed a Pontifice. A Pontifice concessum est ab illo villus consensu, vel consilio, & ab illo villus causa determinatione. Nequippe ergo societas, quae Pontifice inferior est priuilegium illud limitare, vel coactare: ita sufficer Suar. t. 4. de relig. tr. 10. lib. 11. c. 2. n. 12. Si vero loquamus de licito vsu, alieni nec improbabilius videbitur posse a Societate prescribi modum illud priuilegio viendi. Nam ex hoc praescripto non diminuitur priuilegium, nec coactatur, sed signatur modus seruandus in illis vsu. Cum autem modus supradictus non sit contrarius priuilegio, sed forte expeditus ad illius manutinem, & prudentiorem vsuum: quae causa esse potest, quoniam societas, quae Praeposito Generali superior est, possit Praepositi Generali cum modum seruandum ex obedientia praescribere?

10. Rursus dubitabis, an alias a Praeposito Generali possit professis concedere transiun in aliam religionem? Ceterum est Provinciales eam facultatem non habere nisi communicant a Praeposito Generali, quam raro expediri communicant eo inconsulto. Solum de congregatione generali quae totam Societatem representat, & de vicario Generali est dubium; an possint viuente Generali, vel eo mortuo aliquem professum e Societate dimittere, vel in saeculum, vel ad laxiorem religio-

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars III.

nem. Et quod attinet ad Congregationem Generalem verius senser viuenti Generali non posse. Quia illud priuilegium non Societati, sed Praeposito Generali ob eius officium, & dignitatem concessum est, & licet Praepositus Generalis Societati subordinetur, non inde inferatur priuilegium. Praeposito concessum Societati concessum est. Ad summum ex illa subordinatione inferatur, quod possit Societas Praepositorum Generalem attinere ad dimittendum, quem ipse dimittendum esse indicaverit. Neque oblat hoc priuilegium Praeposito Generali esse concessum in bonum Societatis; vt inde inferas Societati esse principales concessum: quia aliud finis est, aliud medium. Finis illius privilegij est bonum Societatis. Sed medium est concessum facta nos societati, sed Generali Praeposito penes quem est totum regnum Societatis. At mortuo Generali credo probabilitus congregationem Generalem hanc facultatem habere; eo quod Generali Praepositorum reprælegent, & in eius locum succedat. Commune enim est iurisdictionem concessam Episcopo ratione dignitatis deriuari in capitulum sede vacante. Securum tamen erit, vt notat Suar. t. 4. de elig. tr. 10. lib. c. 2. in fine, ea non vti quoque Praepositus Generalis eligatur, & ius iudicio, & auctoritate. Quocirca si aliquo casu (quod abicit) iudicaretur Praepositus Generalis a Societate expellendum iuxta ea, que dicitur 9. p. confit. c. 5. §. 3. prius a congregatione Generali esset ab officio remouendus, deinde eligenda nouis Generalis eius autoritate, & iudicio simul cum iudicio congregations expulso facienda esset. Suar. suprad. De vicario Generali electo ad tempus, vel ab ipso Generali Praeposito, vel a Societate ob Praepositi ad regnum inhabilitatem, vel de vicario Generali per mortem Generalis constituto alter videbatur dicendum, per se inquam potestem habere emittendi est Societate professos, quia Praepositi Generalis autoritate funguntur, & in eius locum succedit iuxta ea quae dicitur 8. p. confit. cap. 4. & 5. At hoc priuilegium Praeposito Generali ob eius officium concessum est, ergo competit eius locum tenenti, & iurisdictionem habenti. Nunquam tamen vicarius ob mortem Generalis constitutus haec potestare viritur, aut ut poteat, sed noui Generalis electionem expectat: quia cum res sit ita gravis, expediri Praepositi Generalis autoritate expediti, vi dicitur in congregatione 3. generali in fine, ubi de authoritate vicarii.

11. Denique dubitabis, an Praepositus Generalis teneatur tibi concedere transiun in aliam religionem maximè Carthusianum præcipue si in eam ingressus defecisti? Respondeo raro eam obligationem habere: nam vel illam habere potest; ex eo quod existimat religionem, quam pessi, esse Societate absolute perfectiorum, & strictiorum, & hoc non; nam esto societas ab aliquibus religionibus in corporalibus aperientibus supereretur. At in observatione caritatis, paupertatis & obedientie, & continui passionis mortificatione à nulla superatur, ut late, & optimè probat. Suar. t. 4. de relig. tr. 10. lib. 1. c. 9. per rotum, ac proinde Praelatus nullam ceterum indicare absolute perfectiorum, & strictiorum. Ex eo autem quod perita religio speratur tibi forte studiutor, raro haec obligatio nasci potest. Tum quia ratio haec spes concepit, supponendo religionem perfectiorum non esse. Et etio haec spem concedamus, adhuc non teneat Praelatus tibi licentiam concedere, si Societati vilis, & studiutor existas quia bonum religionis tua singulari utilitati praferendum est. Quocirca si invenies te Societatis instituto inutili esse sperantique fore vilem alterius religionis instituto, crede. Praepositorum Generalem obligatum non esse tibi transiun concedere. Suar. t. 4. de relig. tr. 8. lib. 3. c. 12. n. 7. & 13.

P V N C T Y M X X V I I .

Quæ prohibeantur religioso etiam legitimè in aliam religionem translato.

S V M M A R I V M .

1. Translatus in aliam religionem etiam arcuorem (ebo canonicus regularis si) redditur incapax cuiuscumque secularis beneficij curari.
2. Apponitur secundus & tertius casus inhabilitatis. Et ratio redditus.
3. Personæ, aduersus quas haec inhabilitas fertur, sunt mendicantes, quia verè mendicantes sunt in ordinem non mendicantium translati.
4. Assumpsit ex ordine mendicantium ad Episcopatum, si Episcopatu deposito in ordinem non mendicantium transferatur constitutione Gregorianâ comprehenditur.
5. Enumeratur 1. & 2. pana lata aduersus mendicantes translatos, vel transferendos in non mendicantes.
6. Ansie translati, qui in cathedrali, vel collegiaria Ecclesia obtinerent administrationem, prioriatum, &c. prouentur

Z 3 1022

- vice, & loco in eo capitulo? Probabilis est non priuari.
 7 Qualiter intelligatur obtinentes in non mendicantibus administrationem priuari posse voce, & loco in capitulo.
 8 Enumerasur. 3. pana.
 9 Hac pana afficiuntur non solum ad minera, & officia intra Religiosam, sed etiam extra exercenda, tamen solita sunt per Religiosos non mendicantes exerceri.
 10 Non resint in posteriori Religione locum, quem in priori habebant; sed eum qui sibi competit iuxta posterioris professionis antiquitatem.

6 Primo translatu in aliam religionem etiam arctiore festo canonicus regulatis fit) redditur incapax quinque secularium beneficiorum curati: Sic habeunt in Trident. sess. 14. cap. 11. de reformat. Verum est tamen quoque regulares incapaces esse cuiuslibet beneficiorum secularium, ut tractat de veneficio disp. 1. pun. 3. §. 1. diximus. At regulares translati ex duplice capite hanc habent inhabilitatem primo ex eo, quo regulares sunt, secundo ex eo, quod in aliam sunt Religionem translati.

2 Secundu regularis translatu ex ordine mendicantium ad non mendicantium etiam ex facultate Pontificis, quamvis eo tempore, quo hac constitutio promulgatur, prioratus, administrationes, vel officia, aut curam animalium, vel regimen quocunque obtinatur, inibi carere debet voce & loco, in Capitulo, etiam ad aliis sibi libertate concedatur. Tertiu fit inhabilitas ad prioratus, administrationes, & ad alia quocunque officia etiam tanquam Vicarius, seu minister, vel locum aliorum tenens, & ad omnem animalium curam, & regimen pro se, vel pro aliis exercendum. Et quidquid in contrarium tentarum fuerit, iurium decernitur, & inane: Sic habetur Clem. 1. ut professores de Regularib. Finis, seu causa huius prohibitions fuit, ut professores ordinum mendicantium libentius in qua vocati sunt, vocare persistere, transentesque ad non mendicantium. Ordinem in eodem conuersari quicunque studebant, quo in ipsis discordiarum, schismatum producuntua ambitione reperirentur.

3 Personæ aduersus quas lata est constitutio sunt mendicantes, qui vere mendicantes sunt ex instituto a Pontifice approbato, quales sunt Dominicani, Franciscani, Augustiniani, Carmeliti, Minimi, Trinitarij, Mercenarij, ac denique Iesuitæ non solum profesi, sed etiam scholares dominum bonorum habentes, ut expressè declarauit Pius V. in Bullâ edita anno 1571. que incipit domus indecessa. Idemque confirmavit Gregor. in alia Bullâ edita anno 1582. que incipit Quanto frustosus, & in Bullâ, que incipit Ascensione Domini, edita anno 1584. aduersus inquam hos mendicantes in ordinem non mendicantium translatos hac constitutio fertur, & prædictæ penæ statuantur. Quare si mendicantes in Ordinem alium mendicantem transferatur, vel ex non mendicanti ad mendicantem regreditur supradictis penæ non afficitur; quia haec pena tantum a mendicantes translatos in non mendicantes durante translatione locum habent: Sic Bonifac. dicta Clement. n. 85. quem referi & sequitur Sanch. lib. 6. sum. cap. 7. num. 118.

4 Solum est dubium an assumptus ex ordine mendicantium ad Episcopatum, si Episcopatu deposito in ordinem non mendicantium ex Pontifica facultate transferatur, comprehendatur hoc constitutio. Videatur non comprehendendi; quia haec constitutio fertur, ne mendicantes paupertatis Ordinem defraude, sed libentius in eo persistant; ut mendicantes constitutus Episcopus mendicantem excludit: ergo illum constitutio non comprehendit: & ita sultine Bonifac. dicta Clement. n. 84. & 83. Ceterum verius sensu cum Sanch. dicta lib. 6. sum. cap. 7. num. 119. sub dicta constitutione comprehendit, quia ob Episcopatum non amissi regularis mendicantis statum mendicantem, tamen eius exercitium luppenum sitiatque adeò verum est in vocatione mendicanti non persistere, sed ex illa in non mendicantium transire. Comprehenditur ergo sub constitutione lata aduersus quolibet mendicantes, qui ad non mendicantium ordinem transferuntur.

5 Prima pena lata aduersus mendicantes translatos in non mendicantium est priuatio vocis, subintelligente tam actiue, quam passiuæ; quia texus generaliter loquitur. Sic Nauar. comm. 4. de Regularib. n. 4. Sanch. dicta cap. 7. n. 120. Secunda est priuatio loci in capitulo honorifico, qualis habeatur pro electionibus & tractariis: scilicet in capitulo ad correctionem, & disciplinam Religiosorum congregato; quia æquum non erat ab hoc Capitulo, quod in bonum tam Religionis, tam Religiosorum ordinarunt, Religiosum excludere: loco autem in choro, aliusque Congregationibus præter Capitulum non priuantur iij translati, quia texus solum explicit locum in Capitulo, & penæ extende non sunt. Ruris haec pena afficiunt non solum eos, qui tempore illius constitutionis ex mendicantibus ad non mendicantes translati erant, sed eos, qui successu temporis transiuerint, ut ex illis verbis Texus, transiuerint in posterum, quive hactenus transiuerint. De quibus vltimis dici-

tur, quamvis nunc prioratus, administrationes, vel officia, aut curam animalium, vel regimen quocunque obtineant inibi vocem, & locum in Capitulo non habere, etiam si hoc sibi alius liberè concedatur.

6 Circa que verba duplēm dubitationem movere Glosa verbo inibi. Prima, an priuentur voce, & loco in Capitulo, qui in Cathedrali, vel collegiata Ecclesia obtinerent administrationem, priorum, aut regimen quocunque? Cui dubitationi responderet Glosa pendere ex punctuatione illius verbis inibi. Si enim post illud adverbium punctuatione apponatur, vocem, & locum in Capitulo in Collegiata, vel Cathedrali Ecclesia obtinebunt: quia ea punctuatione facta non comprehenduntur qui eo tempore prioratus, & administrationes, aut regimen aliquod haberent extrâ non mendicantium ordinem, sed solum ij, qui imbi; scilicet in non mendicantibus ordinibus prioratus, officia, & administrationes obninet, & sic esse apponendam punctuationem placuit: Glosa ibi, & Bonifac. 6. immola n. 12. & alii, quos refeti, & sequuntur Sanch. lib. 6. cap. 7. n. 121. At si punctuatione ante adverbium inibi apponatur, manifeste inseretur priuari voce, & loco in Capitulo eos non mendicantes, qui in Ecclesia facultaria officia, regimina, & administrationem haberent. Quia tunc prestat hunc suum constitutio: Translati ex mendicantibus ad non mendicantes, quamvis eo tempore que expeditur construio habeant prioratus, administrationes, & officia imbi, id est vi tales prioratus, & administrationes obtinent, vocem aut locum in Capitulo non habent, & hunc sensum approbat Card. num. 5. opposit. 3. Quilibet ex his sensibus est probabilis, sed prior probabilit, quia correctiores codices punctuationem post adverbium inibi apponunt.

7 Secunda difficultas, & gravior; quam movere Glosa est, ratione obnientis in non mendicantibus administrationem, prioratus, & regimen voce, & loco in Capitulo priuari possunt, cum sapè ex consenso Prelati negoti expedientia sint. Nam si diccas tunc esse expedientia, ac tu fides vacat, obstar; quia vacante fede est expeditio qualiter negotia expediri debeant, quod tamen non est in presenti. Præterea fides vacat brevi tempore, at supradicti non mendicantes solent longissimo tempore Prelaturam habere. Quocirca sepe potest Glosa, & Doctores communiter non esse illi Prelatis vocem, & locum in capitulo Conventus interdictum bene rame in Capitulo Generali, vel Provinciali. Secundo respondet non esse intelligentiam de Prelatis totius Conventus, sed de aliis inferioribus, & subordinatis, quorum consensu ad gravia monasteriorum negotia expedientia necessaria non est. His consentit Immola, Cardin. & Achartan, quos refeti, & sequuntur Sanch. dictio lib. 6. sum. cap. 7. num. 122.

8 Tertia pena est inhabilitas sic transleunt redire ad prioratus, administrationes, officia quocunque, & etiam quantum Vicarios, & locum aliorum tenentes. Nomine priuatus, administrationum, officiorum, &c. intelliguntur illi prioratus, administrationes, & officia, quæ frequenter, & communiter à Religiosis non mendicantibus exercentur, ut faris indicat texus, illo adverbio in ante & tradit. Nauar. com. 4. de Regularib. n. 4. Quocirca nec possunt esse Prelaticores, & Lectores ex officio, neque economi, neque officia, neque Sacristi, neque Syndici. Nam licet aliqua ex his officiis ostendatur, honorem secundum portant, & à multis Religiosis appetuntur, & à nemine libenter admittunt esse illa priuatum.

9 Ex his decidetur an sub hac prohibitione comprehendantur prioratus, administrationes, officia, & regimen extra Religionem, vel solum quæ intra Religionem existent: Ex dicendum est, si illa officia, & munera extra Religionem solita sunt per Religiosos non mendicantibus exercentur, credo veris sub dicta prohibitione comprehendendi. Tum quia texus generalibus verbis vltimis officia extra, & intra Religionem comprehendentibus. Tum præcipue, quia ex illo summa munera sunt assumptio discordia, & schismata orientur. Nam te bene dicis Glosa, Religiosi qui primo intraverunt ordinem, si viderent istos Religiosos, qui venerantur eis Religione, & assumere beneficia, & administrationes sibi competencia ipsi sibi inuidenter, & ex illa inuidia orientur multa: alia inconvenientia: ad que vitanda supradicta constitutio expedita fuit.

10 Quarta pena enumerati possunt priuatio loci honorifici, quem ob suam antiquitatem in priori Religione supradicti obnient; quem tamen non resint in posteriori Religione, sed iuxta posterioris professionis antiquitatem. Sed haec non est pena, sed quid necessario consequitur ex eo quod prior profectio exigitur, & noua succedit. Locus enim honorificus professionis antiquitatem confequitur; cum ergo prior profectio exuncta sit, & noua succedit, locus habendus est iuxta antiquitatem non prioris, seu posterioris professionis: Sic Nauar. lib. 3. consil. tit. de Regul. arb. conf. 6. alia lib. tit. de maior. & obedient. cons. 11. Manu quæf. Regul. 3. q. 1. art. 29. Sanch. lib. 6. sum c. 7. n. 86. Ab hac doctrina exigitur

translati in aliam Religionem, ut sit Praeclarus, qui finito officio federe debet post Praeclarum in memoriam pristinae dignitatis, nisi alii essent Praeclarai antiquiores. Sic Nauarr. Man. Rodo. & Sanch. supr.

DISPUTATIO V.

De obligationibus, & votis statui Religioſo annexis, illorumque relaxatione.

NVILLA ferè est Religio quæ ultra tria vota substantia litalia castitatis, paupertatis, & obedientiae alia vota non emittat, quæque alii obligationibus suis Religiosos non astringat. Ea omnia ligillatim petutere nostrum non est: cuilibet namque Religioni sua vota, & obligationes examinanda relinquitur i quia eorum obligatio multum ex voto, & confucundere pender. Nobis sufficit singularia vota, & obligations sanctissima Societatis Iesu expendere, ut illis satisfacientes finem propositum consequatur.

PUNCTVM I.

Expenditur obligatio tribus substantialibus votis annexa ingrediendi Societatem.

SUMMARIUM.

1. Obligationem votis substantialibus annexam contrahunt Scholaris, & coadiutores non formati, cum promiscuitur se Societatem ingredi, ut in ea perpetuū vitam digant.
2. Materia huius voti est professionem, vel vota coadiutorum formatorum emittere, prout Societati placuerit.
3. Hac materia d'igna voto est: quia gradus professorum, & coadiutorum formatorum perfectior est quam gradus Scholaris, & coadiutoris non formati.
4. Quovis superior designat tibi gradum absolutorum, & efficaciam voluntate, teneris acceptare ex vi quarti voti.
5. An pessus contra votum, si superior mutet, vel suspendat absolutorum te obligando voluntarem ob repugniam, quam habes in suscipiendo gradu coadiutorum formati, vel altera de causa.
6. Proponit negativa sententia. Verior est affirmativa, & falsis rationibus contraria.
7. An recepto gradu coadiutorum formati obligari possit ex superaddito voto ad recipiendum gradum professi, vel est contra? De ultimo certum est te non posse obligari. Quod primum probabiliter affirmat Suarez. Sed probabilior est negativa sententia.

Primam obligationem votis substantialibus annexam contrahunt Scholaris, & coadiutores non formati emitentes in Societate vota simplicia: iij enim simili promiscuit se Societatem ingressuros, vt vitam in ea perpetuū degant promissionem hanc intelligendo iuxta ipsius Societatis constitutions. Hac igitur promissio vobis est, quia sic diuina maiestati, ut constat ex formula, qua emititur, que sic se habet: Ergo, N. voco coram sacratissima Virgine Maria, & cutia cœlesti vniuersa, Diuine maiestati tua castitatem, paupertatem, & obedientiam perpetuam in Societate Iesu, & promitto eandem Societatem me ingressurum, ut vitam in ea perpetuū degant omnia intelligendo iuxta ipsius Societatis constitutions. In omni enim promissione prudenti, & cordata exprimenda est persona, cui fit promissio: cum ergo in hac promissione nulla alia exprimatur præter diuinam maiestatem, ipsi fit promissio. Ergo est vobis: quia vobis est promissio Deo facta de meliori bono. Præterea ex illa dictione & quæ est copularia, & haberem vobis coniungendi precedentiem cum subsequentiis, manifeste fit eidem fieri promissionem ingrediendi Societatem, cui sit vobis castitatis, paupertatis, & obedientiae: at illa vota sunt diuinæ maiestati. Ergo etiam promissio ingrediendi Societatem diuinæ maiestati sit. Ergo est vobis. Et ita declaratur Congregatio V. Generalis decret. 3. & can. 2. Neque obstat, illam obligationem sub nomine promissionis, & non sub nomine voti exprimit: quia id factum est, ut intelligeretur esse obligationem distinctam à tribus votis precedentibus, neque ad constitendum statum Religioforum Scholarium formaliter pertinere, sed solum esse si annexam, & accessoriam.

2. Materia huius voti est professionem, vel vota coadiuto-

rum formatorum emittere, prout Societati placuerit, ut dicatur cap. 7. exam. §. 1. & 5. punct. consitit. cap. 4. lit. E. & declaravit Congregatio V. general. decret. 3. can. 2. ibi. Quo (scilicet voto) quis se obligat ad acceptandum gradum profectorum, vel coadiutorum formatorum, prout Praeposito ad maius Dei obsequium fore videbitur. Non se obligat ad prosecutandum aliquem ex his gradibus; quia ea procuratio nec decebat Religio humilitatem, & obedientiam, nec Religionis pacem. Ad quæ remouenda conuenientius est, ut quilibet sui immemor curam in hac parte superioribus relinquat procurans in eo gradu in quo constitutus est se perfectum exhibere. Sed ex vi illius voti solum se obligat ad acceptandum dictum gradum, si ita Praeposito Generali vatum fuerit, ut expressè dicitur 5. part. consitit. cap. 4. §. 5. ibi postquam aliquis in corpus Societatis cooptatus fuerit in aliquo gradu ad aliud progettum curare non debet, sed in suo perfici, & obsequio Dei, & glorie se impendere, ac superiori, qui scilicet Christi Domini nostri vices gerit curam aliorum omnium relinquere. Verum est hoc ita sit, nemo impeditur superiori proponere debita cum humilitate, & submissione, quæ in animo versatur, quæque occurruunt pro gradu suscipiendo ut habeatur dicto loco in declarat. lit. F, maximè cum sibi persuasum haberet, vel ob inaduentem, vel obliuionem, vel ob suistram informationem gradum superiori non concedi, paratus tamen esse debet, ut id melius existimat, quod superiori loco melius videbitur.

3. His ergo positis probatu manifestè hanc materiam votum dignum esse: quia gradus profectorum, & coadiutorum formatorum perfectior est, quam gradus Scholaris, & coadiutoris non formati; quippe in professo, & coadiutori formati est obligatio ad plura, & paupertas strictior: ergo est materia digna voto. Ex alia parte erat maximè vtile, & ferè necessarium instituto Societatis, cuiusque regimini: ut hæc materia sub votum caderet, nam cant in Societate ex approbatione Pontificia sit hi gradus duces, Scholaris, coadiutoris non formati, & professi gradusque Scholaris, & coadiutoris non formati via sibi, & dispositio ad gradum coadiutoris formati, vel professo, in quibus praecipua pars Societatis constitut, expediebat posse Societatem obligare Scholares, & coadiutores non formatos, ut in gradum coadiutorum formatorum, vel professorum ingredierentur. Quod virtute obedientie præstare non poterant, nisi in principio eis esset propositum, & ab ipsis acceptatum: ut hoc voto emiso & suauis & efficacius obligatio inducatur, & in seum cum fructu executioni mandatur.

4. Supererit verò explicandum, qualiter Praepositus Generalis velle debeat te in gradum coadiutorum formatorum, vel professorum admittere, ut ex voto tenearis eius voluntati acquiescere: Optime hoc explicuit *septima congregatio decreto 27. alias 32.* Cum enim in questionem vertetur quid censendum de his esset, qui in causisque impositi à superioribus gradus suscepione difficultate præbent, variisque excusationibus eorum voluntatem eludentes in annos sexaginta plurimos, atque totam etiam vitam rem prævalunt; censuit congregatio omnes ut quarti voti in congregazione 3. explicati teneri superiori certum gradum imponenti obediatur, ita tamen ut tationes Provinciali, ac N. P. consuetu Societati more proponere possint, quas scripto censuit proponendas. Verum superiori illis examinati in lectione persecutanti, & certum gradum absolutorum faciunt (liter non addat obedientie præceptum) tenet: unumquemque obedit, imperatumque gradum suscipere, ut si non fuerit obsequutus, censensus sit in malo statu esse, atque à Sacramentorum voto, & administratione excludendus. Sed neque consululum putauit P. N. cum talibus dispensare, ut tota vita tempore sine certi gradus suscepione perseverent, ne horum exemplo, alii cum gravi Societatis damnio paria imienter, & audeant. Sed neque ad secundum examen admittendos, nisi tertiis, & cum dubium aliquod de aptitudine intercessit. Quam rem vniuersa congregatio centauit P. N. commendandam. Hac supradicto decreto, ex quibus manifestum est tunc esse obligationem acceptandi gradum à superiori designatum, quando absolvitur, & efficaciam voluntate tibi acceptandum proponit: quia eo ipso impletum conditio: sub votum factum est. Notanter dixi quando absolute, efficaciam voluntate. Nam si conditione tantum offertur, ut contingit, cum gradus offertur, ut gratia, & beneficium Religionis, quod subdolis præstat, transgressori voti non erit, gradum non admittens: quia non tibi absolute offeritur, sed sub imbibita conditione, si gratus tibi fuerit. Ex ipsa ergo obligatione lege, & ex circumstantiis faciliter colliges, quo ex his modis gradus offertur. Credo tamen absolutorum offerent, quies superior causa repulsa examinata in obligatione persister: indicat namque ea perseveratione absolvitur, & definita velle te eum gradum accipere non tam ob gratiam tibi praestandam, quam ob Religionis bonum, & rectum illius regimen.

5. Sed quid si ob difficultatem, & repugniam, quam habes in suscipiendo gradum coadiutoris formati, & ob timorem,

Z 4 quem